

## IN VIGILIIS

**Erat Iohannes baptizans.** Bethania duas esse legimus: est namque Bethania in latere moris Oliveri, ubi dominus Lazarum suscitauit, ipsa est & Bethpha ge. Est & alia Bethania trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans, & ubi hac facta fuisse referuntur. De qua idem Iohannes Euangelista commemorat, dicens: Erat Iohannes baptizans in Aenon iuxta Salim, eo quod essent ibi aquae multae. Spiritualiter autem Bethania in nostra lingua domus obedientiae interpretata. Pulchre ergo praecursor domini in Bethania (quae domus obedientiae interpretatur) baptizare dicitur, uti intelligat homines, quia si à peccato originali, quod per inobedientiam primi hominis contingit, absolu*i* desiderat, submissio corpore, & credulo corde, baptismi sacramentum suscipere debet. Qum sicut ait saluator alibi: Nisi qus renatus fuerit ex aqua & spuer sancto, no potest introire in regnu dei. Iordanis autem, descendens eorum interpretatur, quorū nisi baptizatorū quasi enim in Iordanē baptizantur homines, quia antequam ad baptismū ueniant, filii irae & filii diaboli sunt. Sed cū in baptismū descendunt, descendētibus peccatis, filii pacis & filii dei per adoptionem ascendunt.

**Johan. 3,**

## IN VIGILIIS NATI-

uitatis domini. Matthæi I.

**In illo tempore:** Cum esset desponsata mater Iesu Maria Joseph, antequam conuentent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Et reliqua.

**C**um nativitatē domini & saluatoris nostri Iesu Christi, qua æternus ante secula dei filius, ho-

# NATIVITATIS DOMINI.

61

minis ex tempore filius apparuit, Matthæus euangelista breui quidem sermone, sed ab Abraā usq; ad Ioseph uirum Mariae perduxisset, omnesq; cōmuni humanae creationis ordine genitos simul & generatēs ostendisset, mox de ipsa locuturus, quantum eius generatio à ceteris distaret, aperuit: quia uidelicet cæteri per coniunctionem maris & fœminæ solitā, ipse autē per uirginē, ut pote filius dei nasceretur in mundo. Et quidem decebat omnibus modis, ut cum deus homo ppter homines fieri ueller, nō ex alia quā de uirgine nasceretur, cum uirginem generare cōtin geret, nō aliū, quām qui deus esset, filium procrearet. [ Cum esset (inquit) desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. ] Quo ordine, uel in qua ciuitate sit celebrata cōceptio, Lucas euangelista sufficiēter exponit. Quod quia uestre sanctitati constat esse notissimum, dicendum est paucis, de his quē Matthæus scribit. Notandumq; in primis, in eo quod ait, [ Antequam conuenirent, ] uerbo cōueniendi nō ipsum concubitum, sed nuptiarum, quae præcedere solent, tempus insinuatur, quando ea quæ prius sponsata fu erat, esse coniunx incipit. Ergo antequam conuenient dicit, antequam nuptiarum solēnia rite celebrent, [ inuenta est in utero habens de spiritu sancto. ] Siquidem memorato ordine postea cōuenierunt, qn Ioseph ad præceptum angeli, accepit coniugem suā, sed non concubebant, quia sequitur, [ & nō cognosciebat eam. ] Inuenta est autē in utero habens, à nulo alio quām Ioseph, qui licentia maritali futuræ uxoris penè omnia nouerat, ideo optumentem eius uterū, mox curioso deprehēdit intuitu. Sequitur: Joseph

autem vir eius, cum esset iustus, et nolle eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Videntes autem Ioseph sponte concepisse suam, quam bene nouerat a nullo viro fuisse attactam, cum esset iustus & iuste omnia uellet agere, optimū duxit, ut ne q̄ hoc alijs proderet, ne q̄ ipse eā acciperet uxorem, Sed mutato occulte nupiarum p̄posito, in conditione eā sponsae manere pateretur, ut erat, Nā & in Isaia legerat, virginem de domo Dauid esse cōcepturam, & paritoram deū, de qua etiā domo nouerat genus duxisse Mariam, atq̄ ideo non discredebat in ea p̄phetiam hanc fuisse complēdam. Sed si eam uoluisset occulte dimittere, ne q̄ accipere coniugem, & illa sponsa pareret, nimirum pauci essent, qui eam virginē, & non potius autumarent esse meretricem. Vnde Ioseph consilium repente consilio meliore mutatur, ut uidelicet ad conseruandam Mariæ famam, ipse eam celebrato nupiarum coniuio, cōiugem acciperet, sed castam perpetuo custodiret. Maluit namq; dominus aliquos modum suaē generationis ignorare, q̄a sitatem infamare genitricis. Nā sequitur: Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini insomnis apparuit ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugem tuā. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autē filiu, et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populu suum à peccatis eorum. ] Quibus profecto uerbis, modus conceptionis eius simul & dignitas partus edocetur, q̄a uidelicet & de spū sancto conciperet, & paritura sit Christū. Quem etiā aperta uoce angelus Christum non appellat, in eo tamen quod etymologiam nomi

## NATIVITATIS DOMINI 69

nus Iesu exponens, ipsum salutis ostendit auctorē, pos-  
tulorumq; saluatorem eum nuncupat, manifesta ra-  
tiōe, quia sit Christus, significat ut per hæc & quæ ne-  
scierat, discat Ioseph, ut à cōtractu dei genitricis fundi-  
tus mente amoueat. Quā tñ dispensatione iusta ne-  
cessitatis accipere iubetur, solo de nomine coniugē,  
ne uidelicet quasi adultera lapidaretur à Iudeis, & ut  
in Aegyptum fugiens, haberet solarium masculi, qui  
familiari cura, & custos fœmineæ fragilitatis, & re-  
stis eius perpetuæ virginitatis existat. Produnt & ca-  
tholici expositores alias causas, quare dei genitricem  
Iosephi accipere debuit coniugē, quas in suis q; uult.  
Inueniet locis. Adhuc autem euangelista partui virgi-  
nali etiam propheticī sermonis exemplū, ut tāta mī-  
taculum maiestatis eo certius uideretur, quo hoc nō  
solum ipse factum crederet, sed etiā à propheta pre-  
dictum recoleret. Nā & huic euangelistæ, id est, Mat-  
thæo, moris est, omnia quæ narrat, etiam propheti-  
cis affirmare testimonijs. Scripsit namque euangeliū  
suum ad eorum maxime causam, qui ex Iudeis cre-  
debat, nec tamen legis ceremonijs, quamvis renati  
in Christo, ualebant auelli. Et propterea satagebat  
eos à carnali legis & prophetarum sensu, ad spiritua-  
lem, quæ de Christo est, erigere, quatenus sacramen-  
ta fidei Christianæ tanto securius perciperent, quan-  
to hæc non alia esse, q; quæ prophetæ predixerant, co-  
gnoscerent. **Ecce virgo** (inquit) in utero habebit et pariet filium, et vocabunt nomen eius emmanuel, quod est interpretatum, nobiscū  
**deus**. Nomen saluatoris, quod nobiscum deus à p-  
phera uocatur, utrāq; naturam unius personæ ipsius  
significat. Qui enim ante tempora natus ex patre deus

est, ipse in plenitudine temporis Emmanuel, nobiscum  
deus, in utero matris factus est: quia nostrae fragilitate  
naturae in unitate suae gloriae sulpicere dignatus est,  
quoniam uerbum caro factum est, & habirauit in nobis: mira  
uidelicet in modum incipiens esse quod nos sumus, &  
non desinens esse quod erat: sic assumens naturam nostram  
ut quod erat, ipse non perderet. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut praeceperat ei ange  
lus domini. Et accepit coniugem suam, & non cognoscebat,  
eam. ] Accepit eam ad nomine coniugis, ob causas quas  
prædictimus, & non cognoscebat eam, ad opus coniu  
gale, ob arcana quae didicerat. Quod si quis huic nostrae  
expositioni obseruere, & contendere uoluerit, beatam  
dei genitricem nunquam a Ioseph celebratis nuptiis in no  
men coniugis assumptam, exponat ipse melius hunc  
sancti euangelij locum, pariterque ostendat licitum fuisse  
apud Iudeos, ut sponsa suae quisque carnali copula mi  
sceretur, & sano eius intellectui libenter cedimus: cum  
ne erga matrem domini quicquam gestum, quod publica opi  
nione possit infamari, credamus. Quod uero additur,  
Donec peperit filium suum primogenitum, nemo  
ita intelligendum putet, quoniam post natum filium eam cognoscere  
uerit, ut quidam peruerse opinantur. Scire enim debet u  
stra fraternitas, quia fuerunt haeretici, qui propter hoc  
quod dictum est, [non cognoscebat eam donec peperit  
filium suum] crederent Mariam post natum dominum cogni  
tam esse a Ioseph, & inde ortos eos, quos fratres domini  
scriptura appellat, assumptos & hoc in adiutorium sui  
erroris, quod primogenitus nucupatur. Dominus deus auer  
tat hanc blasphemiam a fide omnium uestrum, donec quae  
nobis catholica pietate intelligere, parientes nostri sal  
uatoris intemerata semper fuisse uirginitate preclaros, et

## NATIVITATIS DOMINI. 65

non filios, sed cognatos eorum fratres dñi scriptura  
sum more nuncupari, & ob id euangelistam, an post  
natum filium dei eam cognoverit non curasse, quia  
nulli de hoc ambigendum purauerat, coniuges, qui-  
bus in virginitatis castimonia permanentibus dei fi-  
lium nasci singulari gratia datum est, nullatenus ex  
eo castis iura temerare potuisse. Notandum quoq;  
est, quod primogeniti nō iuxta hæreticorum opina-  
tionem soli sunt, quos fratres sequuntur alii, sed iuxta  
auctoritatē scripturarū omnes q; primi uulnā aperiūt,  
sive fratres eos alii, seu nulli sequuntur, primogeniti  
uocantur. Attamen dñs speciali ratione potest pri- Apocal. r.  
mogenitus intelligi, iuxta hoc quod in **Apoca-**  
**lypsi** dicit de illo Iohannes: **Qui est testis fidelis, pri-**  
**mogenitus mortuorum, & princeps regū terræ.** Et Roma. 2.  
apostolus Paulus: **Nā quos præscivit & prædestina-**  
**uit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primo**  
**genitus in multis fratribus.** Primogenitus in multis  
fratribus: quotquot enim receperunt eum, dedit eis  
potestatem filios dei fieri. Quorum recte primoge-  
nitus appellatur, quia omnes adoptionis filios, etiā  
illos q; incarnationis eius tempora nascendo præcele-  
runt, dignitate prægreditur. Siquidem possunt illi cū  
Iohāne ueracissime testari: **Qui post nos uenit, ante**  
**nos factus est, id est, post nos quidem in mundo geni-**  
**tus, sed merito uiirutis & regni, primogenitus omni-**  
**um nostrum iure est uocatus.** Qui & in ipa diuina na-  
tiuitate nō incōuenienter potest primogenitus dici,  
quia priusquā creaturam gigneret aliquam, coetero-  
rum sibi patet genitū uerbum. **Vnde ipsum uerbum,**  
**ipse filius, dei uidelicet uirtus & sapientia, loquitur**  
**Ego ex ore altissimi p̄diui, primogenitus ante oēm**

## IN VIGILIIS

creaturam. Deus deo natus erat, & in ea creatus ex  
humanitate, omnē merito creaturā pregebāt. **E**t vo-  
**cabis** (inquit) **nomene eius Iesum.** Iesus Hebrai-  
ce, latine salutaris siue salvator dicitur. Cuius uocati-  
onē nominis prophetis liquet esse certissimam. **Vn-**  
**dus** sunt illa, magno uisionis eius desiderio cātata: Ani-  
**psalm.14**  
**psal.118.**  
**Habac.3.** ma autem mea exultabit in domino, & delectabitur  
in salutari eius. **E**t itē: Defecit in salutari tuo anima  
mea. **E**t alibi: Ego autem in domino gloriabor, gau-  
debo in domino Iesu meo. **E**: maxime illud: De°, in  
nomine tuo saluu me fac. **A**csī diceret: Nominis tui  
gloriam, qui salvator uocaris, in me saluando glori-  
fica. Iesus ergo nomen est filij, qui ex uirgine natus  
est angelo exponente, significans quod ipse saluet po-  
pulum suum à peccatis eorum. Qui autē saluat à pe-  
catis, idem utiq; à corruptionibus mētis & corporis,  
qua; ob peccata contigerunt, saluabit. Christus uero  
uocabulum est sacerdotalis uel regiae dignitatis. **Nā**  
& sacerdotes & reges in lege à chrismate, id ē, uncti-  
one olei sancti appellabantur Christi, significantes  
eum qui uerus rex & pontifex in mundo apparens,  
unctus est oleo lātitiae p̄rē participibus suis. **A** qua  
unctione, id est, chrismate, ipse Christus, & eiusdē un-  
ctionis, id est, gratiae spiritualis participes, sunt Chri-  
stiani uocati. Qui per id quod salvator est, nos salua-  
ret à peccatis: per id quod pontifex est, nos reconcili-  
aret deo patri: Per id quod rex est, regnum nobis pa-  
tris dignaretur æternum.

**C**hristi autem generatio sic erat. Quæ-  
ritur, cur non ait Iesu Christi, sed solummodo  
Christi, quod angelo mox dicturo seruauit. Genera-  
tio, ipse Christus in carne generatus, **A**csī diceret: Ge-

## NATIVITATIS DOMINI

67

neratio, quæ est Christus, sic erat, bifarie explanandū, uel ad decursu genealogiæ locum, ubi ait: Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Omnes ergo gñationes ab Abram usq; ad Dauid, gñationes quatuordecim. Et à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis, gñationes quatordecim. Et à trāsmigratione Babylonis usq; ad Christū, gñationes quatuordecim. Christi autē generatio sic erat. Cum esset despōsata mater Iesu Maria Ioseph, & reliqua.] Sic autem erat Christi generatio, i. sic ad Christū pertinet hæc genealogia. [Cum esset despōsata] His causis nō de simplici uirgine, sed de despōsata natus est Christus: Ne per fœminam, sed per uirum iuxta morem scripturæ genealogia texeretur. Ne lapidaretur à Iudeis ut adultera. Vt in Aegyptum fugiens, haberet uiri solatiū. Vt partus eius celaretur diabolo, dum putat non de uirgine, sed de uxore genitum. Ne temeratae uirginis aduerteretur infamia. Maluit enim dñs aliquos de suo potius ortu, q; de matris pudore dubitare. Ne uirginibus uclamen excusationis fieret, quod infamata sit mater domini. Ne dicente domino, non ueni soluere legem, sed adimplere, ullus obijceret, quod cū legis iniuria natus sit. Vt testis pudoris maritus adhibetur, qui posset delere & vindicare opprobrium, si nō agnosceret sacramentum. Ne uideretur Maria culpā obumbrare mendacio: causam enim mentiendi despōsata non habuit, cum coniugij præmium partus sit fœminarum. Ne Herodi & Iudeis excusandi præberetur occasio, quod natum ex adulterio perseque rentur. Vt fidelibus coniugatis ex pari confensu continēta insinuaret. Vt nisi puericationi esset obnoxia,

qualiter humana progenies multiplicari sine uirginatatis detimento potuisset, demūstraret. [Desponsata,] id est, nōdum nupta. [Mater eius.] Mater eius (inquit) non uxor Ioseph. In ipsa ianua amborū ponuntur nomina, quæ factis congruunt. **Antequam conuenirent.** Proximū nuptiarum tēpus ostendit, non quod sequeretur ut postea cōuenirent, sicut hoc dicit Heluidius. **Inuenta est.** A nullo alio nisi a Ioseph, qui maritalilicentia futuræ uxoris omnia nouerat. Hic Mattheus pratermisit multa quæ Lucas narravit, dicens: **In mense (inquit) sexto, missus est Gabriel angelus a deo in ciuitatē Nazareth,** cui nomen **Hazareth**, ad uirginē desponsatā viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen uirginis **Maria.** Et ingressus angelus ad eam, dixit: **Aue gratia plena, dominus tecū &c.** **Nimirum** eū ad id usq; genealogiā deduxit, ut diceret, Ioseph uirum **Mariæ**, de qua natus esset Christus. Et ideo cōceptum eius, quem transcenderat, **Luce narrandum reliquit.** **In utero.** Nō in uterū accipiens, i. non aliunde acceptū, sed interius ueniente spiritu sancto habitum, ut illud: scemina circundabit uirum. **Despiritu sancto.** Quaritur, si inuenta est à Ioseph habens de spiritu sancto, cur dimittere eam uoluit? Ideo scilicet, quia nec totū sciuit, nec totum ignorauit. Nouerat in utero habētem, non de carnali concubitu, sed spiritali nupture. De quo uero spiritu cōceperit ignorabat, qđ ei aperitur quasi nescienti de spiritu, dū inducit, sancto, & reliqua. Item querit, cur **Mattheus anticipauit**, qđ mox angelus dicturus erat, p spiritali seruore: & ne lectoris animus paucissimis licet lineis dubitaret, & ut in ore duorum uel trium testium sit.

# NATIVITATIS DOMINI

69

omne verbum. **Joseph vir eius.** In scripturis spōsa uxores, & sponsi uiri uel mares dicūtur. **Cum esset iustus.** Cum cōscij criminum, obnoxij sint peccati, cur Ioseph cū crimen celet, iustus uocatur? Id est, ut idoneum eius testimoniū commēdet. In plerisque exemplarij additur, cum esset hō iustus, ut ostēdat secundum humanā iustitiam Iosephi iustū fuisse, quia cōparatione iustitiae dei, pñihilo ducitur. Et ideo recte sequitur, **quod nollet eā.** Non solum celat, sed ne cauet contingere tēplum dñici corporis, recte iustus iustitiae templum non corrumptit. **Traducere.** Ac si diceret: Nollet ducere sponsam, quā iuspicatus est esse adulterā. Aut aliter, siue traducere ad p̄cenā, quam sciebat non ab hoīe concepisse. **Traductionis ēm̄ verbū,** s̄p̄ius in mala q̄ in bona parte inuenit. Quod etiam Gr̄ecus non absurdē sermo significat, ταπαλειγωτίου, id est, p̄palare, quod est palam facere, & omnibus notū facere conceptū. **Occulte.** Ne aut dimissia uxore sua, alieni coitus reatū sup eā induceret, aut liberata seipm̄ q̄si adulterij innocētē libera ret. Ecce Adā cælestis noua opponit ueteribus. Priori uice, ex solo uiro sc̄mina facta est, sine matre. Secunda uero, uir ex sola muliere natus est sine carnali patre. Ex sc̄minis decuit noua redemptio, à quibus processit antiqua p̄uariatio. Terrenus Adam de incorrupta terra formatus est, secundus Adā de incorrupta carne virginis Maria. **Hęc autē cogitate, ecce angelus dñi.** Bono uiro & iusto, bona & iusta cogitati bonus et iustus appetet nūcius. Ideoq̄ additur [domini] ad distinctionem apostatarū angelorum. **Hunc angelū Gabrielem multi putant, iuxta Luca uidelicet narrationē.** Non quasi ipse sit nūcius

e

iiij

natiuitatis oim, sed quia interpretatur fortitudo dei,  
**Qui**toria bellorū ei cōmīsa est, idēo in natiuitatē lo-  
 hannis et Christi nuncius uenientium recte mititur.  
**R**ecte quoq; deo cogitanti opportuna adhibet cō-  
 solatio, sicut duobus in uia ambulantibus ostēs est  
**Christus.** **I**n somnis apparet. Sermo apparen-  
 di insolitam rē significat. Duobus modis locutio di-  
 uina distinguitur, aut p angelos, aut per semetipsum.  
 Sed cū per semetipsum sit, sola inspiratiō interius si-  
 ne uerbis & syllabis cor docet, q auditiū aperit, & ha-  
 bere soniū nescit, sicut Philippo spiritus dixit: Iunge  
 te ad currū istum. Cum uero p angelū, his modis fit.  
**J**ohan. 17 Aliquando uerbis sine ulla imagine, sicut Christo di-  
 cente: Pater, clarifica filium, prius responderetur: cla-  
 rificauit, & iterū clarificabo, & reliqua. Aliquando re-  
**J**ezech. 1. bus, sine uerbis, sicut Lezechiel electri speciē uidit in  
 medio ignis, per hāc Christi incarnationē designās.  
**S**ene. 3. Aliquādo uerbis & rebus, sicut Adā ambulante do-  
 minū in paradiſo post meridiem uidit, significans lu-  
 cem ueritatis à se recessuram. Aliquando imaginibus  
**G**ene. 28. cordis oculis ostēsis, sicut Iacob innixam caelo scālā,  
**A**ctuū. 10. et Petrus uas plenum animantibus in extasi uiderat.  
 Aliqñ imaginibus ante corporeos oculos ex aere as-  
 sumptis, sicut Abraā tres uiros nō solū uidit, sed in do-  
**G**ene. 18. mū accepit, & insuper etiam pauit. Aliquando calesti  
 bus substantijs, sicut baptizato domino uox insonu-  
**M**atth. 3. it, dicēs: Hic est filius meus. Aliquādo terrenis & ca-  
**E**xodi. 3. lestibus, sicut coram Moyse in monte ignem rubūc  
 sociauit, significans se doctorem populi fore, q legis  
 flammam acciperet, tamen peccati spinam non relin-  
 queret: siue quod ex illo populo exiret, qui ignem di-  
 uinitatis in humanitatis nr̄e spinas imponeret. Ali-

# NATIVITATIS DOMINI

71

quādo humanis cordibus secreta præsentia inspirat,  
unde **Zacharias** ait: Et dixit ad me angelus q̄ loque- **Zacha. 23**  
bat in me. Cū uero huic beato Ioseph apparuisse di-  
citur, imagine cordis ostensa apparuit. **Ioseph fili**  
**David.** Blandiētis affectu loquitur, nō rū eum signi-  
ficans & familiarē, cuius nomē & genus designatur.

Hinc apparet quod ex eadē tribu erat Ioseph & Ma-  
ria, iuxta illud: Nemo copuletur nisi de tribu sua. In  
quo non andū, quod nō tam carne, quam spū filiū Da-  
uid cum dixerit, ut iustum uir ex genere iusti propa-  
gatum, hoc meruisse declararet. **Nolit imere.** Ap-

paret quod causa timoris appetierit dimittere eā, q̄  
timebat profiteri spirituale coniugii. Vide quod me-  
tus ille nō coercitus, quo accipere uxore prohibitus ē,  
sed iubetur ne ad suam præentiā illam accipere ex-  
pauescat. Prius timor expellitur, ut libentius dicēda  
postea audiantur. **Coniugē tuam.** Solet scriptura  
sponsas, coniuges uel uxores uocare. Siue ideo Ma-

ria cōiunx dicitur, q̄a sub eodē iugo educatura salua-  
torem erat. **Quod (inquit) natū est, nō extrinsecus**  
**feminatū.** **De spū sancto** est. Hic soluit qd Iosephi  
scierit quod ignorauit. Sed non ob hoc spiritus pater  
Christi existimandus est, ut deus pater uerbum genu-  
erit, spiritus uero hominem, sed quia eius ministerio

natiuitas Christi adimplēta ē. **Pariet autē filium.**  
Apparere tamen faciet sine dolore pariēdi, sicut sine  
peccati uoluntate fuit cōceptus. **Hic monstratur** qua-  
tuor incerta unius cuiusq; nascētis, quia pariet filium  
qui uocabitur Iesu, qui saluum faciet populum suū.  
**Ei vocabis.** O Ioseph, uocibus prophetarum non  
contradicas. Notandum quod iuxta Matthæum ad

Ioseph, iuxta Lucam ad Mariam uocare nomen pue-

## IN DIE SANCTO

ri p̄d̄ctum sit, quia Iesuſ ad ſalutem utriusq; ſexuſ uenit. Ieſum ſequitur etymologia noīis, cū ait: **Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum.** Vere ſiuſ, q; ſaluſ eſſe poſſit. **A peccatis.** Cōtra Iudeos, q; putant populum de captiuitatibus, non de peccatis per Christum liberandum, **corum.** Nota quod eius eſt ſalus, noſtra uero ſunt peccata.

## IN DIE SANCTO

**Natiuitatis domini. Iohannis ,I.**

**T**in principio erat uerbum, & uerbuſ erat apud deum, & deus erat uerbuſ. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipm facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et re-



**D**ominice natiuitatis diem, qua tempora-liter natus eſt, annua reuolutione colentes, liber oculos mentis ad contemplandam naturā diuinitatis cōuertere: & quia in tribus euāgelistarum dictis, Matthei ſicilicet, Marci & Luce, modus humanae natiuitatis deſcribitur, ad conſubſtantialem dei patriſ eſſentiam, oportet beati Iohannis euangelistæ diſta conſiderare. De cuius euāgeliō locuturi, breuiter quidē, ſed rationabiliter cōmemorādum uideatur, quare tā domini dilectus diſcipulus, in ordine euāgelistarū